

VIDA
DE CORNELIO NEPOTE.

Son muy pocas las noticias que nos han quedado de este excelente Romano, pues ni aun se puede señalar el año fijo de su nacimiento; pero consta que vivió en tiempo de Julio César y de Octavio. Tampoco concuerdan los autores en el lugar de su nacimiento, pues unos le hacen de Verona, otros de Hostilia, poblacion corta del territorio de Verona en la ribera del Pó, y así todos tienen razon en llamarle Veronés. Tuvo una estrecha comunicacion en Roma con Tito Pomponio Atico, Ciceron y otros excelentes ingenios que fueron el lustre del siglo de oro. Con esto se da bastante á entender que poseia en grado eminente la sabiduría, el buen gusto y el amor á la patria. Muchas de sus obras se han perdido, mas en esta de las Vidas de los ilustres capitanes nos dejó una viva imágen de su talento para la historia, y una ilustre memoria de aquellos distinguidos generales que debieron á Nepote el inmortalizar su nombre. Su nativa elegancia, su noble simplicidad, la pintura de los caractéres, la propiedad de los retratos, el arte disfrazado en naturaleza, hacen su obra muy apreciable. Digna por cierto de andar en manos de los niños para que adquieran desde los primeros años la propiedad y energía del idioma latino, por ser sin duda el autor mas á propósito para adquirir alguna inteligencia y gusto en esta lengua. Bien quiséramos poner en este tomo todas las vidas, pero por no abultar demasiado el volúmen hemos escogido solamente las siguientes.

CORNELII NEPOTIS
VITÆ EXCELLENTIUM IMPERATORUM.

PRÆFATIO.

Non dubito fore plerosque, Attice, qui hoc genus scripturæ leve, et non satis dignum summorum virorum personis iudicent, cum relatum legent, quis musicam docuerit Epaminondam, aut in ejus virtutibus commemorari, saltasse eum commodè, scienterque tibiis cantasse. Sed hi erunt ferè, qui expertes litterarum græcarum, nihil rectum, nisi quod ipsorum moribus conveniat, putabunt. Hi, si didicerint non eadem omnibus esse honesta atque turpia, sed omnia majorum institutis judicari, non admirabuntur nos in Graiorum virtutibus exponendis mores eorum secutos. Neque enim Cimoni fuit turpe, Atheniensium summo viro...

PRÓLOGO.

TRADUCCION.

No dudo, ó Ático, habrá muchos que tendrán este género de escrito por de poca entidad y no muy correspondiente al carácter de los mas distinguidos sugetos, cuando lean (en el discurso de esta obra) que refiero quién fué el que enseñó la música á Epaminondas, y que cuento por una de sus prendas que bailó primorosamente, y que tocó la flauta con destreza. Pero estos serán seguramente aquellos que, por no tener noticia de la historia griega, no juzgan por bueno sino lo que se conforma con sus costumbres. Estos tales, si observaren que unas mismas cosas no son ni decentes ni indecorosas á todos, sino que todas ellas se deben regular por las costumbres de los antepasados, no se admirarán de que yo haya tenido presentes las costumbres de los Griegos al manifestar sus prendas. Pues ni á Cimon, varon esclarecido entre los Atenenses, le fué indecoroso casarse...

sororem germanam habere in matrimonio, quippe cùm ejus cives eodem uterentur instituto: at id quidem nostris moribus nefas habetur. Laudi in Græciâ ducitur adolescentulis, quam plurimos habere amatores. Nulla Lacedæmone tam est nobilis vidua, quæ non ad scenam eat mercede conducta. Magnis in laudibus totâ fuit Græciâ victorem Olympiæ citari; in scenam verò prodire, et populo esse spectaculo, nemini in eisdem gentibus fuit turpitudini; quæ omnia apud nos partim infamia, partim humilia, atque ab honestate remota ponuntur. Contra ea, pleraque nostris moribus sunt decora, quæ apud illos turpia putantur. Quem enim Romanorum pudet uxorem ducere in convivium? aut cujus materfamilias non primum locum tenet ædium, atque in celebritate versatur? Quod multò fit aliter in Græciâ: nam neque in convivium adhibetur nisi propinquorum, neque sedet nisi in interiore parte ædium, quæ *gynæconitis* appellatur: quò nemo accedit, nisi propinquâ cognatione conjunctus. Sed plura persequi tum magnitudo voluminis prohibet, tum festinatio, ut ea explicem quæ exorsus sum...

con una hermana por parte de padre, porque así se usaba entre sus ciudadanos, cuando esto sería ciertamente un crimen execrable en nuestras costumbres. En la Grecia se alaba el que los jóvenes tengan muchos amantes. No hay en Lacedemonia viuda alguna por noble que sea que no salga á representar al teatro por su salario. Muy celebrado fué en toda la Grecia el ser proclamado vencedor en los juegos olímpicos. Ni tampoco era indecoroso á ninguno de esta nacion salir á representar y servir de diversion al pueblo. Todas las cuales cosas se tienen entre nosotros (los Romanos), unas por infames y otras por bajas y ajenas del decoro. Por el contrario, muchas cosas son decorosas entre nosotros que se tienen entre los Griegos por deshonorosas. Porque ¿quién de los Romanos se avergüenza de llevar á su mujer á un convíte? ¿O qué matrona no habita en la principal pieza de la casa, y asiste á la concurrencia? Lo que sucede muy al contrario en Grecia, porque ni asiste á ningun banquete, á no ser de los parientes mas cercanos, ni habita sino en la parte mas retirada de la casa, que se llama *gynæconitis*, donde ninguno entra á no ser pariente muy cercano. Pero no me permite alargarme mas, así lo abultado del volúmen, como la brevedad con que quiero explicar lo que me he propuesto...

Quare ad propositum veniemus, et in hoc exponemus libro vitas excellentium imperatorum.

Por lo que iré á mi intento, y escribiré en este libro las vidas de los esclarecidos generales.

MILTIADES.

Cap. I. Miltiades, Cimonis filius, Atheniensis, cùm et antiquitate generis, et gloriâ majorum, et suâ modestiâ unus omnium maximè floreret, eâque esset ætate, ut non jam solum de eo bene sperare, sed etiam confidere cives possent sui, talem futurum qualem cognitum judicarent, accidit ut Athenienses Chersonesum colonos vellent mittere. Cujus generis cùm magnus numerus esset, et multi ejus demigrationis peterent societatem, ex his delecti Delphos deliberatum missi sunt, qui consulerent Apollinem, quo potissimum duce uterentur. Nam tum Thracæ eas regiones tenebant...

MILCIADES.

Cap. I. Milciades, hijo de Cimon y natural de Atenas, siendo el mas sobresaliente de todos, tanto por la antigüedad de su linaje y gloria de sus antepasados, como por su modestia, y hallándose en edad en que podian sus ciudadanos, no solo tener buenas esperanzas de él, sino tambien confiar que sería tan esclarecido como le juzgaron despues de haberle experimentado, determinaron los Athenienses enviar una colonia al Quersoneso. Siendo estos colonos en gran número, y pretendiendo muchos el ir á aquel establecimiento, nombraron á algunos de estos para que fuesen á Delfos á pedir consejo, y consultasen á Apolo de qué general echarian mas acertadamente mano; porque entonces los Tracios eran señores de aquel país...

cum quibus armis erat dimicandum. His consulentibus nominatim Pythia præcepit, ut Miltiadem sibi imperatorem sumerent: id si fecissent, incepta prospera futura. Hoc oraculi responso, Miltiades cum delectâ manu classe Chersonesum profectus, cum accessisset Lemnum, et incolæ ejus insulæ sub potestatem redigere vellet Atheniensium, idque ut Lemnii suâ sponte facerent postulasset, illi irridentes responderunt: tum id se facturos, cum ille domo navibus proficiscens, vento aquilone venisset Lemnum. Hic enim ventus, a septentrionibus oriens, adversum tenet Athenis proficiscentibus. Miltiades, morandi tempus non habens, cursum direxit quò tendebat, pervenitque Chersonesum.

con quienes habian de venir á los manos. Habiendo hecho su consulta, les respondió la Pythia determinadamente: *que eligiesen por su general á Milciades, pues haciéndolo así, tendria feliz suceso su empresa.* En vista de esta respuesta del oráculo, salió Milciades para el Quersoneso con una armada de gente escogida, y arribando á la isla de Lemnos con ánimo de reducir á la obediencia de los Atenenses á sus habitantes, les propuso *que se sometiesen voluntariamente*: ellos le respondieron con risa, *que entonces lo harian, cuando él arribase con viento cierzo á Lemnos viniendo desde su patria*: pues este viento, soplando del septentrion, es contrario á los que navegan desde Atenas. Milciades, no pudiendo detenerse, dirigió su rumbo adonde se encaminaba, y llegó al Quersoneso...

II. Ibi brevi tempore barbarorum copiis disjectis, totâ regione, quam petierat, potitus, loca castellis idonea communicavit; multitudinem, quam secum duxerat, in agris collocavit, crebrisque excursionibus locupletavit. Neque minùs in eâ re prudentiâ quàm felicitate adjutus est. Nam cum virtute militum devicisset hostium exercitus, summâ æquitate res constituit: atque ipse ibidem manere decrevit. Erat enim inter eos

II. INTERP. *Barbarorum*, de los Tracios. (Los Griegos, Romanos y Egipcios llamaban bárbaros á los que no eran de su país.) *Copiis disjectis*, derrotado ó desbaratado el ejército. *Idonea castellis*, capaces de fortalezas. *Crebrisque excursionibus*, con continuas correrías. *Constituit*, ordenó...

dignitate regiâ, quamvis carebat nomine: neque id magis imperio quàm justitiâ consecutus. Neque eò seciùs Atheniensibus, a quibus erat profectus, officia præstabat. Quibus rebus fiebat, ut non minùs eorum voluntate perpetuò imperium obtineret qui miserant, quàm illorum cum quibus erat profectus. Chersoneso tali modo constitutâ, Lemnum revertitur, et ex pacto postulat ut sibi urbem tradant. Illi enim dixerant, cum vento Boreâ domo profectus eò pervenisset, sese dedituros: se autem domum Chersonesi haberi. Cares, qui tum Lemnum incolebant, etsi præter opinionem res ceciderat, tamen, non dicto, sed secundâ fortunâ adversariorum capti, resistere ausi non sunt, atque ex insulâ demigrarunt. Pari felicitate ceteras insulas, quæ Cyclades nominantur, sub Atheniensium redegit potestatem.

III. Eisdem temporibus Persarum rex Darius, ex Asiâ in Europam exercitu trajecto, Scythis bellum inferre decrevit. Pontem fecit in Istro flumine, quâ copias traderet. Ejus pontis, dum ipse abesset, custodes reliquit principes, quos secum ex Ioniâ et Æolide duxerat: quibus singulis ipsarum urbium perpetua dederat imperia. Sic enim putavit facillimè se græcâ linguâ loquentes, qui Asiâ incolerent, sub suâ retenturum potestate, si amicis suis oppida tuenda tradidisset, quibus, se oppresso, nulla spes salutis relinqueretur. In hoc fuit tum numero Miltiades, cui illa custodia crederetur. Hic, cum crebri afferrent nuntii, malè rem gerere Darium, premi-

Dignitate regiâ, tenia la autoridad de rey. *Neque eò seciùs*, y no por eso dejaba de favorecer á los Atenenses. *Quibus rebus fiebat*, siendo esto causa. (Expresion elegante y familiar á Cornelio.) *Perpetuò*, establemente. *Constitutâ*, arregladas las cosas del Quersoneso. *Cares*, los de Caria (pueblos del Asia Menor). *Præter opinionem*, al revés de lo que habian juzgado. *Non dicto*, no de la palabra dada. *Capti*, obligados. *Cyclades*, las Cícladas (islas del mar Egeo, que rodean al Peloponeso en forma de círculo).

III. *Exercitu trajecto*, habiendo hecho pasar el ejército. *Istro flumine*, el rio Danubio. *Principes*, los principales. *Sic enim*, el orden es este: *putavit enim se retenturum sic facillimè sub suâ potestate loquentes linguâ græcâ*. *Amicis suis*, á sus confidentes. *Se oppresso*, vencido él. *Salutis*, de mantenerse en su autoridad y mando de aquellas ciudades. *Illa custodia crederetur*, á quien se confiò la guarda del puente. *Premi*, le estrechaban...

que ab Scythis: Miltiades hortatus est pontis custodes, ne a fortunâ datam occasionem liberandæ Græciæ dimitteret. Nam si cum his copiis, quas secum transportaverat, interisset Darius, non solùm Europam fore tutam, sed etiam eos qui Asiam incolerent, Græci genere, liberos a Persarum futuros dominatione et periculo. Id et facillè effici posse: ponte enim rescisso, regem vel hostium ferro, vel inopiâ paucis diebus interiturum. Ad hoc consilium cùm plerique accederent, Histæus Milesius, ne res conficeretur, obstitit, dicens: non idem ipsis qui summas imperii tenerent, expedire, et multitudini, quòd Darii regno ipsorum niteretur dominatio. Quo extincto, ipsos potestate expulsos civibus suis pœnas duros. Itaque ad eum se abhorre a ceterorum consilio, ut nihil putet ipsis utilius quàm confirmari regnum Persarum. Hujus cùm sententiam plurimi essent secuti, Miltiades, non dubitans, tam multis consciis, ad regis aures consilia sua perventura, Chersonesum reliquit, ac rursus Athenas demigravit. Cujus ratio etsi non valuit, tamen magnopere est laudanda: cùm amicior omnium libertati quàm suæ fuerit dominationi.

IV. Darius autem, cùm ex Europâ in Asiam rediisset, hortantibus amicis ut Græciam redigeret in suam potestatem, classem quingentarum navium comparavit, eique Datim præfecit, et Artaphernem; hisque ducenta peditum millia et decem equitum dedit, causam interserens, se hostem esse Atheniensibus, quòd eorum auxilio Iones Sardes expugnassent, suaque præsidia interfecissent. Præfecti regii, classe ad

Græci genere, Griegos de nacion. *Hostium ferro, vel inopiâ*, ó á manos de los enemigos, ó por falta de viveres. *Milesius*, de Mileto (ciudad del Asia Menor, hoy Milazo). *Non idem... expedire*, que era igualmente útil. *Summas*, que se hallaban con el mando. (Se entiendo *partes* por *elipsis*.) *Quo extincto*, el cual muerto, esto es, Dario. *Potestate expulsos*, echados del gobierno. *Pœnas duros*, serian castigados. *Abhorre a consilio*, se apartaba del dictâmen de los demás. *Quam confirmari*, que procurar la perpetuidad del reino. *Tam multis consciis*, que sabiéndolo tantos. *Cujus ratio*, cuyo consejo. *Amicior*, mas amante.

IV. *Comparavit*, apostó. *Præfecit*, dió el mando de ella. *Causam interserens*, dando por motivo. *Iones*, los Jonios (pueblos de la Jonia, provincia del Asia Menor). *Sardes*, Sardis (ciudad capital de la Lidia. Es acusativo de plural de *Sardes*, *ium*). *Suaque præsidia*, su guarnicion...

Eubœam appulsâ, celeriter Eretriam ceperunt, omnesque ejus gentis cives abreptos in Asiam ad regem miserunt. Inde ad Atticam accesserunt, ac suas copias in campum Marathona deduxerunt. Is abest ab oppido circiter millia passuum decem. Hoc tumultu Athenienses tam propinquo tamque magno permoti, auxilium nusquam, nisi a Lacedæmonis, petiverunt; Philippidemque cursorem ejus generis, qui hemerodromi vocantur, Lacedæmonem miserunt, ut nuntiaret quàm celeri opus esset auxilio. Domi autem creati decem prætores, qui exercitui præessent: in eis Miltiades: inter quos magna fuit contentio, utrùm mœnibus se defenderent, an obviam irent hostibus, acieque decernerent. Unus Miltiades maximè nitebatur, ut primo quoque tempore castra fierent. Id si factum esset, et civibus animum accessurum, cùm viderent de eorum virtute non desperari: et hostes eadem re fore tardiores, si animadverterent, auderi adversùs se tam exiguis copiis dimicare.

V. Hoc in tempore nulla civitas Atheniensibus auxilio fuit præter Plataensium: ea mille misit militum. Itaque horum adventu decem millia armatorum completa sunt: quæ manus mirabili flagrabat pugnandi cupiditate. Quo factum est ut plus quàm collegæ Miltiades valuerit. Ejus enim auctoritate impulsus Athenienses copias ex urbe eduxerunt, locoque idoneo castra fecerunt. Deinde postero die sub montis

Eubœam, Eubea (isla llamada hoy Negroponto). *Appulsâ*, luego que arribó. *Eretriam*, ciudad de la Eubea. *Abreptos*, habiéndolos cogido con violencia. *Atticam*, á la Ática. (Capital de esta provincia era Atenas.) *Marathona*, al campo de Maraton (acusativo griego). *Hoc tumultu*, con el temor de esta guerra tan grande y tan cercana. *Nusquam*, de ningunos otros. *Domi*, en la ciudad. *Acieque decernerent*, y vendrian á una batalla en campo abierto. *Maximè nitebatur*, se esforzaba sobre manera en persuadir. *Castra fierent*, que acampasen. *Civibus animum accessurum*, que cobrarían ánimo los ciudadanos.

V. *Ea*, esto es, la ciudad de Platea. *Quæ manus*, la cual tropa estaba muy ansiosa de pelear. *Collegæ*, los otros nueve pretores. *Idoneo*, ventajoso...

Cursorem. Correo de aquellos que llaman hemerodromos, ó de dia, ya porque corrian un dia entero sin

fatigarse, ó ya porque hacian una jornada larga en un dia.

radicibus, acie e regione instructâ, novâ arte, vi summâ prælium commiserunt. Namque arbores multis locis erant raræ, hoc consilio, ut et montium tegerentur altitudine, et arborum tractu equitatus hostium impediretur, ne multitudine clauderentur. Datis, etsi non æquum locum videbat suis, tamen, fretus numero copiarum suarum, confluere cupiebat: eoque magis, quòd, priusquam Lacedæmonii subsidio venirent, dimicare utile arbitrabatur. Itaque in aciem pedum centum, equitum decem millia produxit, præliumque commisit. In quo tantò plus virtute valuerunt Athenienses, ut decemplicem numerum hostium profligarent: adeoque perterruerunt, ut Persæ non castra, sed naves petierint. Quâ pugná nihil adhuc est nobilius. Nulla enim unquam tam exigua manus tantas opes prostravit.

VI. Cujus victoriæ non alienum videtur, quale præmium Miltiadi sit tributum, docere; quò facilius intelligi possit eandem omnium civitatum esse naturam. Ut enim populi nostri honores quondam fuerunt rari et tenues, ob eamque causam gloriosi, nunc autem effusi atque obsoleti; sic olim apud Athenienses fuisse reperimus. Namque huic Miltiadi, qui Athenas, totamque Græciam liberavit, talis honos tributus est in porticu, quæ Pæcile vocatur, cum pugna depingeretur Marathoniam, ut in decem prætorum numero prima ejus imago poneretur, isque hortaretur milites, præliumque committeret. Idem ille populus, posteaquam majus imperium est nactus, et largitione magistratum corruptus est, trecentas statuas Demetrio Phalereo decrevit.

Acie e regione, ordenadas las filas de frente. (*Estaban con las espaldas vueltas al monte.*) *Novâ arte*, con nueva invencion. *Raræ*, de trecho en trecho. *Hoc consilio ut*, con la idea de, etc. *Tractu*, por las hileras. *Equitatus*, la libre carrera de la caballeria. *Æquum*, ventajoso. *In aciem... produxit*, sacó en órden de batalla su ejército. *Præliumque commisit*, y dió la batalla. *Decemplicem*, diez veces mayor. *Non castra*, no se encaminaban hácia el campo, sino hácia las naves huyendo. *Nobilius*, mas ilustre ó famosa. *Tantas opes*, un ejército tan poderoso.

VI. *Cujus* (es genitivo regido de *præmium*). *Non videtur alienum docere*, no parece fuera de propósito contar. *Nostri*, del pueblo romano. *Tenues*, sin fausto. *Effusi, atque obsoleti*, demasiado frecuentes y comunes. *Pæcile* (nombre propio de un pórtico, así llamado por la variedad de las pinturas). *Prima*, en primer lugar. *Isque*, y él en accion de animar á los soldados y de dar la batalla. *Largitione, etc.*, por la profusion de regalos. *Decrevit*, ordenó levantar.

VII. Post hoc prælium classem septuaginta navium Athenienses eidem Miltiadi dederunt, ut insulas quæ barbaros adjuverant bello persequeretur. Quo imperio plerasque ad officium redire coegit, nonnullas vi expugnavit. Ex his Parum insulam, opibus elatam, cum oratione reconciliare non posset, copias e navibus eduxit, urbem operibus clausit, omnique comæatu privavit; deinde vineis ac testudinibus constitutis, propius muros accessit. Cum jam in eo esset, ut oppido potiretur, procul in continenti lucus, qui ex insulâ conspiciebatur, nescio quo casu, nocturno tempore incensus est; cujus flamma ut ab oppidanis et oppugnatoribus est visa, utrisque venit in opinionem, signum a classariis regis datum. Quo factum est, ut et Parii a deditioe detererentur, et Miltiades, timens ne classis regia adventaret, incensis operibus quæ statuerat, cum totidem navibus atque erat profectus, Athenas magnâ cum offensione civium suorum rediret. Accusatus ergo prodicionis, quòd, cum Parum expugnare posset, a rege corruptus, infectis rebus a pugná discessisset. Eo tempore æger erat vulneribus; quæ in oppugnando oppido acceperat. Itaque, quoniam ipse pro se dicere non posset, verba pro eo fecit frater ejus Tisagoras. Causâ cognitâ, capitis absolutus, pecuniâ multatus est, eaque lis quinquaginta talentis aestimata est, quantus in classem sumptus factus erat. Hanc

VII. *Barbaros*, á los Persas (en la guerra contra los Griegos). *Quo imperio*, en la cual expedicion. *Ad officium*, á la obediencia. *Parum*, Paro (la mayor de las Cícladas). *Elatam*, soberbia. *Oratione*, con buenas palabras. *Operibus clausit*, con los trabajos militares bloqueó (como tricheras, torres, etc.). *Vineis*, con viñas (máquinas militares). *Cum jam*, estando ya á punto para tomar la ciudad. *In continenti*, en tierra firme. *Oppidanis*, por los ciudadanos sitiados y por los sitiadores. *Venit in opinionem*, juzgaron. *A classariis*, por los soldados de la escuadra del rey de Persia. *A deditioe*, retractaron su intencion de rendirse. *Offensione*, disgustos. *Corruptus*, sobornado con dinero. *Infectis rebus*, sin concluir la empresa. *Pro se dicere*, defender su causa. *Capitis absolutus*, absuelto de la pena capital. *Quantus*, cuanto era cabalmente el gasto hecho en la armada naval...

Talentis. En cincuenta talentos. Aquí por venir absolutamente *talentum* se entiende del menor ático que valia 8755 reales y 3 maravedis.

dis, y así los 50 talentos componen 437,757 reales de nuestra moneda, y 42 maravedis.

pecuniam quòd solvere non poterat, in vincula publica coniectus est, ibique diem obiit supremum.

VIII. Hic, etsi crimine Pario est accusatus, tamen alia fuit causa damnationis. Namque Athenienses, propter Pisistrati tyrannidem, quæ paucis annis antè fuerat, omnium suorum civium potentiam extimescebant. Mitiades, multum in imperiis magistratibusque versatus, non videbatur posse esse privatus; præsertim cum consuetudine ad imperii cupiditatem trahi videretur. Nam Chersonesi, omnes illos quos habitaret annos, perpetuam obtinuerat dominationem, tyrannusque fuerat appellatus, sed justus. Non erat enim consecutus, sed suorum voluntate, eamque potestatem bonitate retinuerat. Omnes autem et habentur et dicuntur tyranni, qui potestate sunt perpetua in eà civitate, quæ libertate usa est. Sed in Mitiade erat cum summa humanitas, tum mira comitas, ut nemo tam humilis esset, cui non ad eum aditus pateret: magna auctoritas apud omnes civitates, nobile nomen, laus rei militaris maxima. Hæc populus respiciens, maluit eum innoxium plecti, quam se diutius esse in timore.

Diem obiit supremum, mori.

VIII. *Pario*, cometido en la isla de Paro (no habiéndola tomado como debia.) *Pisistrati*, (fué el primer tirano de Atenas.) *Versatur*, habiendo estado mucho tiempo empleado. *Privatus*, estar como ciudadano particular. *Trahi videretur*, pareciendo que se dejaba llevar de la ansia de mandar. *Obtinuerat*, habia gozado. *Sunt perpetua*, tienen un dominio continuado. *Humanitas*, benignidad. *Mira comitas*, una maravillosa afabilidad. *Nemo tam humilis*, no habia persona por baja y vil que fuese, á quien no se diese entrada para hablarle. *Innoxium*, inocente.

THEMISTOCLES.

I. Themistocles, Neocli filius, Atheniensis. Hujus vitia ineuntis adolescentiæ magnis sunt emendata virtutibus: adeo ut anteferatur huic nemo, pauci pares putentur. Sed ab initio est ordiendum. Pater ejus Neoclus generosus fuit. Is uxorem Halicarnassiam civem duxit, ex qua natus est Themistocles; qui cum minus esset probatus parentibus, quòd et liberius

INTERP. *Ineuntis*, cometidos en la flor de su edad. *Generosus*, fué noble por su nacimiento. *Uxorem... duxit*, se casó. *Cum minus esset*, siendo poco amado...

vivebat, et rem familiarem negligebat, à patre exheredatus est. Quæ contumelia non fregit eum, sed erexit. Nam cum judicasset, sine summâ industriâ non posse eam extinguere, totum se dedit reipublicæ, diligentius amicis famæque serviens. Multum in judiciis privatis versabatur, sæpe in concionem populi prodibat: nulla res major sine eo gerebatur, celeriterque, quæ opus erant, reperiebat; facile eadem oratione explicabat. Neque minus in rebus gerendis promptus quam excogitandis erat: quòd et de instantibus (ut ait Thucydides) verissimè judicabat, et de futuris callidissimè conjiciebat. Quo factum est, ut brevi tempore illustraretur.

II. Primus autem gradus fuit capessendæ reipublicæ bello Corcyræo: ad quòd gerendum prætor à populo factus, non solum præsentis bello, sed etiam reliquo tempore ferociorem reddidit civitatem. Nam cum pecunia publica, quæ ex metallis redibat, largitione magistratuum quotannis interiret, ille persuasit populo, ut eà pecuniâ classis centum navium ædificaretur. Quà celeriter effectâ, primum Corcyræos fregit; maritimos prædones consecutando, mare tutum reddidit. In quo cum divitiis ornavit, tum peritissimos belli navalis fecit Athenienses. Id quantæ saluti fuerit universæ Græciæ, bello cognitum est Persico. Nam cum Xerxes et mari et terrâ bellum universæ inferret Europæ, cum tantis eam copiis invasit, quantas neque antea neque postea habuit

Rem familiarem, descuidaba en los adelantamientos de la casa. *Quæ contumelia*, la cual afrenta no le abatió, sino que alentó á dejar sus vicios. *Extingui*, borrar. *Totum se dedit reip.*, se dedicó enteramente al servicio de la república. *Diligentius*, atendiendo con mas esmero á ganar amigos y crédito. *In concionem*, acudia á las juntas del pueblo. *Major*, de importancia. *Instantibus*, de las cosas que estaban á punto de suceder. *De futuris*, y conjeturaba muy cuerdamente de lo futuro. *Illustraretur*, vino á hacerse famoso.

II. *Primus autem gradus capessendæ*, el primer empleo en los negocios de la república le tuvo en la guerra de Corfú (isla del mar Jonio). *Ferociorem*, mas aguerrida. *Ex metallis*, se sacaba de las minas de los metales. *Quotannis*, viniendo á menos todos los años. *Effectâ*, concluida. *Consecutando*, dando caza. *Tutum*, puso el mar en seguridad. *In quo*, en la cual ocasion. *Divitiis*, enriqueció. *Id quantæ saluti fuerit*, cuán útil...

Xerxes. Rey de Persia, hijo de Dario, el que fué derrotado por Milciades en el campo de Maraton.

quisquam. Hujus enim classis mille et ducentarum navium longarum fuit, quam duo millia onerariarum sequebantur; terrestres autem exercitus septingentorum millium peditum, equitum quadringentorum millium fuerunt. Cujus de adventu cum fama in Græciam esset perlata, et maximè Athenienses peti dicerentur propter pugnam Marathoniam, miserunt Delphos consultum, quidnam facerent de rebus suis. Deliberantibus Pythia respondit, ut mœnibus ligneis se munirent. Id responsum quò valeret, cum intelligeret nemo, Themistocles persuasit: consilium esse Apollinis, ut in naves se suaque conferrent; cum enim a deo significari murum ligneum. Tali consilio probato, addunt ad superiores totidem naves triremes: suaque omnia, quæ moveri poterant, partim Salaminem, partim Troezenem asportant: arcem sacerdotibus paucisque majoribus natu ac sacra procuranda tradunt: reliquum oppidum relinquunt.

III. Hujus consilium plerisque civitatibus displicebat, et in terrâ dimicari magis placebat. Itaque missi sunt delecti cum Leonidâ, Lacedæmoniorum rege, qui Thermopylas occuparent, longiusque barbaros progredi non paterentur. Hi vim hostium non sustinuerunt, eoque loco omnes interierunt. At classis communis Græciæ trecentarum navium, in qua ducentæ erant Atheniensium, primùm apud Artemisium, inter Eubœam continentemque terram, cum classiariis regis confluit. Angustias enim Themistocles quærebat, ne multitudine circumiretur. Hinc etsi pari prælio discesserant, tamen eodem

Longarum, de guerra. *Onerariarum*, de carga ó transporte. *Fama*, habiéndose divulgado la noticia. *Maximè peti*, que llevaban puesta la mira señaladamente contra los Atenenses. *Mœnibus*, dentro de murallas de madera. *Quò valeret*, á qué aludia. *Ad superiores*, á las primeras cien naves. *Moveri poterant*, que se podían trasportar, esto es, todos sus bienes muebles. *Salaminem*, isla en el golfo Saronico, cerca del Peloponeso. *Troezenem*, ciudad de la Argólida. *Arcem*, fortaleza de Atenas. *Sacra procuranda*, para cuidar se celebrasen los sagrados oficios.

III. *Hujus*, de Temístocles. *Delecti*, algunos soldados escogidos. *Longius*, avanzasen mas adelante. *Artemisium*, promontorio en la isla Eubea. *Continentemque terram*, y tierra firme. *Angustias*, lugares estrechos. *Circumiretur*, para no ser cogido en medio. *Pari*, sin ventaja, ó sin declararse la victoria...

Thermopylas. Los Termópilas, lugar muy angosto, ó garganta de unos montes por los cuales se pasa

de la Tesalia á la Beocia: ahora se llama paso de la Boca del Lobo.

loco non sunt ausi manere, quòd erat periculum, ne, si pars navium adversariorum Eubœam superasset, ancipiti premerentur periculo. Quo factum est, ut ab Artemisio discederent, et exadversum Athenas apud Salamina classem suam constituerent.

IV. At Xerxes, Thermopylis expugnatis, protinus accessit Astu: idque, nullis defendentibus, interfectis sacerdotibus, quos in arce invenerat, incendio delevit. Cujus famâ perterriti classiarii cum manere non auderent, et plurimi hortarentur ut domos suas quisque discederent, mœnibusque se defenderent, Themistocles unus restitit, et universos esse pares aiebat, dispersos testabatur perituros; idque Eurybiadi, regi Lacedæmoniorum, qui tum summæ imperii præerat, fore affirmabat. Quem cum minùs quàm vellet moveret, noctu de servis suis, quem habuit fidelissimum, ad regem misit, ut ei nuntiaret suis verbis: adversarios ejus in fugâ esse: qui si discessissent, majore cum labore et longinquiore tempore bellum confecturum cum singulos consecrare cogeretur: quos si statim aggrederetur, brevi universos oppressurum. Hoc eò valebat, ut ingratiis ad depugnandum omnes cogerentur. Hac re auditâ, barbarus, nihil doli subesse credens, postridie alienissimo sibi loco, contra opportunissimo hostibus, ad eò angusto mari confluit, ut ejus multitudinem explicari non potuerit. Victus ergo est, magis consilio Themistoclis quàm armis Græciæ.

V. Hic barbarus etsi malè rem gesserat, tamen tan-

Superasset, si llegaba á doblar el cabo. *Ancipiti*, fuesen acometidos por uno y otro lado, esto es, de frente y por la espalda. *Exadversum*, enfrente.

IV. *Cujus famâ*, con la noticia de este incendio. *Universos*, que todos unidos eran iguales y suficientes para resistir al enemigo. *Dispersos*, separados. *Idque Eurybiadi*, y aseguraba á Euribiades (rey de los Lacedemonios) que habia de suceder esto mismo. *Summæ imperii præerat*, que á la sazón tenia el supremo mando de las tropas. *Suis verbis*, de su parte. *In fugâ*, para huir. *Qui*, los cuales, esto es, los Griegos si se desuniesen ó si se separaban. *Singulos*, perseguirlos de uno en uno. *Hoc eò*, esto se encaminaba. *Ingratiis*, aun contra su voluntad. *Barbarus*, Jerjes. *Alienissimo*, muy incómodo. *Explicari*, desenvolverse.

V. *Malè rem*, le habia salido mal la empresa...

Astu. Atenas. Es voz griega que significa ciudad principal, así como Roma se llamaba *Urbs*.

tas habebat reliquias copiarum, ut etiam cum his opprimere posset hostes. Interim tamen ab eodem gradu depulsus est. Nam Themistocles, verens ne bellare perseveraret, certiorum eum fecit, *id agi, ut pons, quem ille in Hellesponto fecerat, dissolveretur, ac reditu in Asiam excluderetur*: idque ei persuasit. Itaque, quæ sex mensibus iter fecerat, eisdem minus diebus triginta in Asiam reversus est, seque a Themistocle non superatum sed conservatum iudicavit. Sic unius viri prudentiâ Græcia liberata est, Europæque succubuit Asia. Hæc altera victoria, quæ cum Marathonio possit comparari tropæo. Nam pari modo apud Salamina parvo numero navium maxima post hominum memoriam classis est devicta.

VI. Magnus in hoc bello Themistocles fuit, nec minor in pace. Cum enim Phalereo portu, neque magno neque bono, Athenienses uterentur, hujus consilio triplex Piræi portus constitutus est; isque mœnibus circumdatus, ut ipsam urbem dignitate æquipararet, utilitate superaret. Idemque muros Atheniensium restituit præcipuo periculo suo. Namque Lacedæmonii, causam idoneam nacti propter barbarorum excursiones, quæ *negarent oportere extra Peloponnesum ullam urbem haberi, ne essent loca munita quæ hostes possiderent*, Athenienses ædificantes prohibere sunt conati. Hoc longè aliò spectabat, atque videri volebant. Athenienses enim duabus victoriis, Marathonî et Salaminiâ, tantam gloriâ apud omnes gentes erant consecuti, ut intelligerent Lacedæmonii, de principatu sibi cum his certamen fore, quare eos quàm infirmissimos esse volebant. Postquam autem audierunt muros instrui, legatos Athenas miserunt, qui id

Ab eodem gradu, le hizo dejar aquel puesto que habia ocupado. *Id agi*, que se trataba de. *Quâ*, por aquel mismo camino que antes habia andado en seis meses. *Succubuit*, quedó sujeta. *Maxima*, la mas numerosa desde que el mundo es mundo.

VI. *Neque magno*, ni capaz ni cómodo. *Triplex*, tres muelles. *Dignitate*, en magnificencia. *Causam*, habiendo hallado motivo suficiente. *Hoc longè*, esto miraba á un fin muy diferente de aquel que querian pareciese. *De principatu*, sobre la superioridad. *Quàm infirmissimos*, muy débiles en fortalezas y soldados.

Tropæo. Llamábanse así aquellos monumentos ó memorias que los vencedores erigian en los países conquistados.

Phalereo. Puerto en el Ática, así llamada antiguamente: despues Pireo, y ahora Puerto-Leon.

fieri vetarent. His præsentibus desierunt, ac se de eâ re legatos ad eos missuros dixerunt. Hanc legationem suscepit Themistocles, et solus primò profectus est: reliqui legati ut tum exirent, cum satis altitudo muri exstructa videretur, præcepit: interim omnes servi atque liberi opus facerent, neque ulli loco parcerent, sive sacer esset, sive profanus, sive privatus, sive publicus: et undique, quod idoneum ad muniendum putarent, congererent. Quo factum est ut Atheniensium muri ex sacellis sepulcrisque constarent.

VII. Themistocles autem, ut Lacedæmonem venit, adire ad magistratus noluit; et dedit operam ut quàm longissimè tempus duceret, causam interponens, se collegas expectare. Cum Lacedæmonii quererentur, opus nihilominus fieri, eumque eâ re conari fallere, interim reliqui legati sunt consecuti; a quibus cum audisset non multum superesse munitionis, ad ephoros Lacedæmoniorum accessit, penes quos summum imperium erat; atque apud eos contendit, falsa his esse delata; quare æquum esse, illos viros bonos nobilesque mittere, quibus fides haberetur, qui rem explorarent; interea se obsidem retinerent. Gestus est ei mos, tresque legati functi summis honoribus Athenas missi sunt. Cum his collegas suos Themistocles jussit proficisci; eisque prædixit ut ne piris Lacedæmoniorum legatos dimitterent, quàm ipse esset remissus. Hos postquam Athenas pervenisse ratus est, ad magistratum senatumque Lacedæmoniorum adiit, et apud eos liberrimè professus est: Athenienses suo consilio, quod

Desierunt, dejaron de fabricar. *Satis exstructa*, bastante adelantada. *Servi*, todos los esclavos y los que ya no lo eran. *Constarent*, se hicieron de los materiales de los lugares sagrados y de los sepulcros.

VII. *Adire ad magistratus*, presentarse á los magistrados. *Quàm longissimè*, dilatarlo lo mas que pudiese. *Causam*, alegando por motivo. *Eâ re*, con aquel pretexto. *Sunt consecuti*, llegaron. *Non multum*, que no faltaba mucho para concluir las fortificaciones. *Æquum*, que por esta razon era justo. *Obsidem*, le tuviesen en rehenes. *Gestus es ei mos*, le dieron gusto en esto. *Functi*, que habian tenido los primeros empleos. *Prædixit*, de antemano los avisó. *Esset remissus*, fuese enviado libre. *Professus est*, dijo con la mayor libertad.

Ephoros. Los éforos eran cinco, como los tribunos de la plebe de Roma. quienes componian un supremo magistrado que tenia tanta autoridad

communi jure gentium facere possent, deos publicos, suosque patrios ac penates, quò facilius ab hoste possent defendere, muris sepsisse: neque eò quod inutile esset Græciæ fecisse. Nam illorum urbem ut propugnaculum oppositam esse barbaris, apud quam jam bis classis regia fecisset naufragium. Lacedæmonios autem malè et injustè facere, qui id potiùs intuerentur, quod ipsorum dominationi, quàm quod universæ Græciæ utile esset. Quare, si suos legatos recipere vellent, quos Athenas miserant, se remitterent: aliter illos nunquam in patriam essent recepturi.

VIII. Tamen non effugit civium suorum invidiam; namque ob eundem timorem, quo damnatus erat Miltiades, testularum suffragiis e civitate ejectus, Argos habitatum concessit. Hic cum propter multas ejus virtutes magnà cum dignitate viveret, Lacedæmonii legatos Athenas miserunt, qui eum absentem accusarent, quòd societatem cum rege Persarum ad Græciam opprimendam fecisset. Hoc crimine absens proditiōnis est damnatus. Id ut audivit, quòd non satis tutum se Argis videbat, Corcyram demigravit. Ibi cum ejus principes civitatis animadvertisset timere, ne propter se bellum his Lacedæmonii et Athenienses indicerent, ad Admetum, Molossorum regem, cum quo ei hospitium fuerat, confugit. Huc cum venisset, et in præsentia rex abesset, quò majore religione se receptum tueretur, filiam ejus parvulam arripuit, et cum eà se in sacrarium, quod summà colebatur

Sepsisse muris, etc., que habian cercado de murallas los dioses comunes á toda la Grecia, los de la patria y los de las casas, esto es, los templos en que eran venerados los dioses. *Neque eò*, y que no por esto habian hecho una cosa que no fuese muy útil á la Grecia. *Illorum*, de los Ateniensens. *Ut propugnaculum*, como antemural. *Regia*, del rey de Persia, ya por dos veces habia padecido borrasca. (Elegante metáfora.) *Ipsorum*, á su predominio ó prepotencia.

VIII. *Non effugit*, no se libró de la envidia de sus ciudadanos. *Testularum*, por los votos de las tejuelas, esto es, por el ostracismo. *Argos*, se fué á vivir á Argos. *Dignitate*, decoro. *Societatem*, habia hecho liga ó alianza. *Bellum indicerent*, declarasen guerra. *Molossorum*, pueblos en el Epiro. *Hospitium*, correspondencia y derecho de hospedaje. *In præsentia*, á la sazón. *Majore religione*, con mayor fidelidad. *Sacrarium*, en un lugar sagrado...

ceremoniã, conjetit. Inde non priùs egressus est, quàm rex eum datà dextrã in fidem reciperet, quàm præstitit. Nam cum ab Atheniensibus et Lacedæmoniiis exposceretur publicè, supplicem non prodidit: monuitque ut consuleret sibi, difficile enim esse in tam propinquo loco tutò eum versari. Itaque Pydnam eum deduci jussit, et quod satis esset præsidii dedit. Hac re audità, hic in navem omnibus ignotus ascendit: quæ cum tempestate maximã Naxum feretur, ubi tum Atheniensium erat exercitus, sensit Themistocles, si eò pervenisset, sibi esse pereundum. Hac necessitate coactus, domino navis quis sit aperit, multa pollicens, si se conservasset. At ille, clarissimi viri captus misericordiã, diem noctemque procul ab insulã in salo navem tenuit in anchoris, neque quemquam ex eã exire passus est. Inde Ephesum pervenit, ibique Themistoclem exponit: cui ille pro meritis gratiam postea retulit.

IX. Scio plerosque ita scripsisse, Themistoclem Xerxe regnante in Asiam transiisse. Sed ego potissimum Thucydidi credo, quòd ætate proximus erat, qui illorum temporum historiam reliquerunt, et ejusdem civitatis fuit. Is autem ait, ad Artaxerxem eum venisse, atque his verbis epistolam misisse: « Themistocles veni ad te, qui plurima mala omnium Graiorum « in domum tuam intuli, cum mihi necesse fuit adversus « patrem tuum bellare, patriamque meam defendere. Idem « multò plura bona feci, postquam in tuto ipse ego, et ille in « periculo esse cœpit. Nam cum in Asiam reverti nollet, « prælio apud Salamina factò, litteris eum certiozem feci, id « agi, ut pons, quem in Hellesponto fecerat, dissolveretur,

Ceremoniã, con muy gran devocion. *Conjetit*, se metió. *In fidem*, le recibiese hajo su proteccion empenãndole su real palabra. *Præstitit*, cumpliò. *Supplicem*, no entregò al que habia implorado su favor. *Tutò versari*, estar seguro. *Dedit*, sup. *id præsidii quod, etc.*, le diò tanta guardia que podia bastarle. *In navem ascendit*, se embarcó. *Captus misericordiã*, compadecido, condolido. *In salo*, en alta mar. *Tenuit in anchoris*, tuvo ancorada. *Ephesum*, ciudad de la Jonia, célebre por el templo de Diana. *Exponit*, desembarcó, puso en tierra. *Gratiam retulit*, le recompensò el beneficio ó favor que le habia hecho.

IX. *Ætate proximus*, contemporáneo. *His verbis*, del tenor siguiente: « Yo Temistocles recurro á tí, etc. » *Idem*, yo mismo. *Ipse*, sup. *cœpi*. *Ille*, esto es, Jerjes, padre de Artajerjes. *Prælio*, habiendo dado la batalla...

« atque ab hostibus circumiretur, quo nuntio ille periculo est
 « liberatus. Nunc autem ad te confugi, exagitatus a cunctâ
 « Græciâ, tuam petens amicitiam: quam si ero adeptus, non
 « minùs me bonum amicum habebis, quàm fortem inimicum
 « ille expertus est. Ea autem rogo, ut de iis rebus, de quibus
 « tecum loqui volo, annum mihi temporis des, eoque trans-
 « acto, me ad te venire patiaris. »

X. Hujus rex animi magnitudinem admirans, cupiensque talem virum sibi conciliari, veniam dedit. Ille omne illud tempus litteris sermonique Persarum dedit: quibus adeo eruditus est, ut multò commodiùs dicatur apud regem verba fecisse, quàm hi poterant, qui in Perside erant nati. Hic cum multa regi esset pollicitus, gratissimumque illud, si suis uti consiliis velet, illum Græciam bello oppressurum, magnis muneribus ab Artaxerxe donatus, in Asiam rediit, domiciliumque Magnesiæ sibi constituit. Namque hanc urbem ei rex donarat, his usus verbis: quæ ei panem præberet (ex quâ regione quinquaginta ei talenta quotannis redibant); Lampsacum, unde vinum sumeret; Myntem, ex quâ obsonium haberet. Hujus ad nostram memoriam monumenta manserunt duo, sepulcrum prope oppidum, in quo est sepultus, statuæ in foro Magnesiæ. De cujus morte multimodis apud plerosque scriptum est: sed nos eumdem potissimum Thucydidem auctorem probamus, quid illum ait Magnesiæ morbo mortuum, neque negat fuisse famam, venenum suâ sponte sumpsisse, cum se, quæ regi de Græciâ opprimendâ pollicitus esset, præstare posse desperaret. Idem ossa ejus clam in Atticâ ab amicis esse sepulta, quoniam

Exagitatus, acosado ó perseguido. *Nec minùs*, hallarás en mí un tan fiel amigo, como Jerjes me experimentó su enemigo jurado. *Ea autem rogo*, lo que te pido, pues, es.

X. *Sibi conciliari*, se le hiciese amigo. *Veniam*, le concedió el permiso de mantenerse en la Persia. *Litteris sermonique*, empleó todo aquel tiempo en las ciencias y lengua persiana. *Multò commodiùs*, con mucha mayor facilidad. *Muneribus donatus*, habiéndole hecho Artaxerjes grandes regalos *Magnesiæ*, ciudad de la Jonia, y muy fértil en trigo. *Namque hanc*, porque el rey le había hecho donacion de esta ciudad. *Quotannis redibant*, le redituaba cada año. *Hujus*, de Temistocles. *Prope oppidum*, cerca de Atenas. *Multimodis*, con variedad. *Thucydidem probamus*, sigo, ó doy crédito. *Opprimenda*, de avasallar.

legibus non concederetur, quòd prodicionis esset damnatus, memoriæ prodidit.

Legibus, prohibian las leyes que los traidores de la patria fuesen enterrados en la Ática. *Prodidit memoriæ*, dejó escrito.

CIMON.

Cap. I. Cimon, Miltiadis filius, Atheniensis, duro admodum initio usus est adolescentiæ. Nam cum pater ejus litem æstimatam populo solvere non potuisset, ob eamque causam in vinculis publicis decessisset, Cimon eadem custodiâ tenebatur, neque legibus Atheniensium emitti poterat, nisi pecuniam, quâ pater multatus erat, solvisset. Habebat autem in matrimonio sororem germanam suam, nomine Elpinicen, non magis amore quàm patrio more ductus: nam Atheniensibus licet eodem patre natas uxores ducere. Hujus conjugii cupidus Callias quidam, non tam generosus quàm pecuniosus, qui magnas pecunias ex metallis fecerat, egit cum Cimone, ut eam sibi uxorem daret: id si impetrasset, se pro illo pecuniam soluturum. Is cum talem conditionem aspiceretur, Elpinice negavit se passuram Miltiadis progeniem in vinculis publicis interire; quoniamque prohibere posset, se Calliæ nupturam, si ea, quæ polliceretur, præstitisset.

II. Tali modo custodiâ liberatus Cimon, celeriter ad principatum pervenit. Habebat enim satis eloquentiæ, summam liberalitatem, magnam prudentiam, cum juris civilis, tum rei militaris, quòd cum patre à puero in exercitu fuerat versatus. Itaque hic et populum urbanum in suâ tenuit

I. *INTERP.* Duro, experimentó muy fuertes trabajos en los primeros años de su juventud, ó fué muy desgraciado. *Litem æstimatam*, la multa tasada en cincuenta talentos. *Eadem custodiâ*, en la misma prision. *Emitti poterat*, podía ser puesto en libertad. *Germanam*, hermana carnal. *Ductus*, inducido ó movido. *Ducere uxores*, casarse con las hijas, etc. *Generosus*, noble. *Pecuniosus*, adinerado, rico. *Metallis*, de las minas. *Pecuniam soluturum*, pagaría por él el dinero. *Conditionem*, este partido. *Negavit*, dijo que no permitiría. *Progeniem*, que alguno de los hijos. *Præstitisset*, si cumplierse.

II. *Principatum*, llegó á ser uno de los principales de la ciudad. *Prudentiam*, pericia. *Populum urbanum*, fué dueño de los ciudadanos, ó tuvo de su parte.

potestate, et apud exercitum plurimum valuit auctoritate. Primum imperator apud flumen Strymona magnas copias Thracum fugavit, oppidum Amphipolim constituit, eoque decem millia Atheniensium in coloniam misit. Idem iterum apud Mycalem Cypriorum et Phœnicum ducentarum navium classem devictam cepit; eodemque die pari fortunâ in terrâ usus est. Namque hostium navibus captis, statim ex classe copias suas eduxit, barbarorum uno concursu maximam vim prostravit. Quâ victoriâ, magnâ prædâ potitus, cum domum reverteretur, quod jam nonnullæ insulæ propter acerbitem imperii defecerant, bene animatas confirmavit, alienatas ad officium redire coegit. Scyrum, quam eo tempore Dolopes incolebant, quod contumaciùs se gesserant, vacuefecit, possessores veteres urbe insulæque ejecit, agros civibus divisit. Thasios opulentia fretos suo adventu fregit. His ex manubiis Athenarum arx, quâ ad meridiem vergit, est ornata.

III. Quibus rebus cum unus in civitate maximè floreret, incidit in eandem invidiam quàm pater suus, ceterique Atheniensium principes. Nam testarum suffragiis, quod illi ostracismum vocant, decem annorum exsilio multatus est. Cujus facti celeritùs Athenienses, quàm ipsum, poenituit. Nam cum ille forti animo invidiæ ingratorum civium cessisset, bellumque Lacedæmonii Atheniensibus indixissent, confestim notæ ejus virtutis desiderium consecutum est. Itaque post annum quintum, quo expulsus erat, in patriam revo-

Strymona, Strimon. *Amphipolim*, reedificó á Anfipolis. *In coloniam*, poblarla. *Mycalem*, Micale (ciudad y monte de la Jonia). *Cepit*, apresó. *Pari fortunâ*, tuvo igual felicidad. *Eduxit ex classe*, desembarcó. *Uno concursu*, en una sola batalla. *Maximam*, derrotó una gran multitud. *Propter acerbitem*, por el demasiado rigor del gobierno. *Defecerant*, se habian rebelado. *Bene animatas*, aseguró á las que estaban bien afectas. *Alienatas*, las ya rebeldes. *Ad officium*, á la obediencia. *Scyrum*, Sciro (isla del mar Egeo). *Contumaciùs*, con mas obstinacion ó rebeldia. *Vacuefecit*, despobló. *Possessores veteres*, los antiguos habitantes. *Civibus*, entre los ciudadanos atenienses. *Thasios*, pueblos de Taso (isla vecina á la Tracia). *Fregit*, reprimió. *His ex manubiis*, con los despojos de esta guerra. *Quâ ad meridiem vergit*, por la parte que mira al mediodia. *Ornata*, se construyó magnificamente.

III. *Cum unus maximè floreret*, siendo el que mas sobresalia. *Incidit in eandem invidiam*, cayó en el mismo aborrecimiento. *Notæ ejus virtutis*, se experimentó la falta de su acreditado valor.

catus est. Ille, quod hospitio Lacedæmoniorum utebatur, satiùs existimans eos et cives suos inter se unâ voluntate consentire, quàm armis contendere, Lacedæmonem suâ sponte est profectus, pacemque inter duas potentissimas civitates conciliavit. Post neque ita multò, Cyprum cum ducentis navibus imperator missus, cum ejus majorem partem insulæ devicisset, in morbum implicitus, in oppido Citio est mortuus.

IV. Hunc Athenienses, non solum in bello, sed in paco diu desideraverunt. Fuit enim tantâ liberalitate, cum pluribus locis prædia hortosque haberet, ut nunquam eis custodem imposuerit fructus servandi gratiâ, ne quis impediretur, quominus ejus rebus, quibus vellet, frueretur. Semper eum pedisequi cum nummis sunt secuti, ut si quis opis ejus indigeret, haberet quod statim daret, ne differendo videretur negare. Sæpe, cum aliquem offensum fortunâ videret minùs bene vestitum, suum amiculum dedit. Quotidie sic cæna ei coquebatur, ut quos invocatos vidisset in foro, omnes convocaret: quod facere nullum diem prætermittebat. Nulli fides ejus, nulli opera, nulli res familiaris defuit: multos locupletavit: complures pauperes mortuos, qui unde efferrentur non reliquissent, suo sumptu extulit. Sic se gerendo, minimè est mirandum, si et vita ejus fuit segura, et mors acerba.

Quod hospitio, porque tenia con los Lacedemonios la correspondencia de una recíproca hospitalidad. *Satiùs*, por mas conveniente. *Unâ voluntate consentire*, que estuviesen acordes. *Conciliavit*, ajustó. *Imperator*, en calidad de almirante. *Implicitus in morbum*, habiendo enfermado, acometido de una enfermedad.

IV. *Desideraverunt*, echaron menos á Cimon. *Pedisequi cum nummis*, limosneros. *Offensum fortunâ*, cuando á alguno maltratado de la fortuna le veia mal trajeado. *Amiculum*, capa. *Cæna*, de tal manera se le disponia la comida. *Invocatos*, que nadie los habia convidado. *Convocaret*, á todos los convidaba. *Res familiaris*, hacienda. *Unde efferrentur*, con que llevarse á enterrar. *Suo sumptu*, los hizo enterrar á su costa. *Sic se gerendo*, portándose de este modo.

CONON.

Cap. I. Conon Atheniensis, Peloponnesio bello accessit ad rempublicam, in eoque ejus opera magni fuit. Nam et prætor pedestribus exercitiis præfuit, et præfectus classis res magnas mari gessit. Quas ob causas præcipuus ei honos habitus est: namque omnibus unus insulis præfuit; in quâ potestate Pharas cepit, coloniam Lacedæmoniorum. Fuit etiam extremo Peloponnesio bello prætor, cum apud Ægos flumen copiæ Atheniensium a Lysandro sunt devictæ. Sed tum abfuit, eoque pejùs res administrata est: nam et prudens rei militaris, et diligens erat imperator. Itaque nemini erat his temporibus dubium, si adfuisset, illam Athenienses calamitatem accepturos non fuisse.

II. Rebus autem afflictis, cum patriam obsideri audisset, non quæsivit ubi ipse tutò viveret, sed unde præsidio esset civibus suis. Itaque contulit se ad Pharnabazum, satrapam Ionie et Lydiæ, eundemque generum regis et propinquum; apud quem ut multum gratiâ valeret, multo labore multisque effecit periculis. Nam cum Lacedæmonii, Atheniensibus devictis, in societate non manerent, quam cum Artaxerxe fecerant, Agesilaumque bellatum misissent in Asiam, maxime impulsus a Tissapherne, qui ex intimis regis ab amicitia ejus defecerat,

I. INTERP. *Accessit*, comenzó á emplearse en los negocios de la república, entró en el gobierno de la república. *Præcipuus honos*, le honraron con particularidad. *Unus præfuit*, fué el único comandante. *Quâ potestate*, en tiempo de cuyo gobierno. *Extremo*, al fin de la guerra del Peloponeso. *Prudens*, práctico en la milicia, sabía muy bien et arte militar. *Diligens erat imperator*, y desempeñaba con actividad y valor la obligación de general.

II. *Rebus autem afflictis*, estando, pues, las cosas en un estado tan lastimoso. *Generum*, yerno. (Farnabazo estaba casado con Apanua, una de las hijas de Jerjes.) *Effecit multo labore... ut apud illum multum valeret gratiâ*, logró á fuerza de muchas fatigas y peligros el granjearse su gracia y valimiento. *Ex intimis*, siendo de los mas íntimos...

Pharas. Hubo dos ciudades de este nombre, una en Tesalia, y otra en Mesenia á los confines de Laconia. De esta habla el autor.

Si adfuisset. Si hubiera asistido.

Muchos autores griegos aseguran que se halló en esta derrota, y que se refugió con ocho galeras á Evágoras, rey de Chipre.

et cum Lacedæmoniis coierat societatem: hunc adversus Pharnabazum habitus est imperator: re quidem verâ exercitui præfuit Conon, ejusque omnia arbitrio gesta sunt. Hic multum ducem summum Agesilaum impedivit, sæpeque ejus consiliis obstulit. Neque verò non fuit apertum, si ille non fuisset, Agesilaum Asiam Tauro tenus regi fuisse erepturum. Qui postquam domum a suis civibus revocatus est, quòd Bœotii et Athenienses Lacedæmoniis bellum indixerant, Conon nihilò seciùs apud præfectos regis versabatur, hisque omnibus erat usui.

III. Defecerat a rege Tissaphernes, neque id tam Artaxerxi, quam ceteris erat apertum: multis enim, magnisque meritis apud regem, etiam cum in officio non maneret, valebat. Neque admirandum, si non facile ad credendum inducebatur, reminiscens ejus se operâ Cyrum fratrem superasse. Hujus accusandi gratiâ Conon a Pharnabazo ad regem missus, postquam venit, primùm, ex more Persarum, ad chiliarchum, qui secundum gradum imperii tenebat, Tithraustem accessit, seque ostendit cum rege colloqui velle: nemo enim sine hoc admittitur. Huic ille: « Nulla inquit, mora est: sed tu delibera utrum colloqui malis, an per litteras edere quæ cogitas: necesse est enim, si in conspectum veneris, venerari te regem (quod προσκυνεῖν illi vocant). Hoc si tibi grave est, per me nihilò seciùs, editis mandatis, conficies quod studes. » Tum

Coierat, habia hecho estrecha liga. *Hunc adversus* (anástrofe por *adversus hunc*). *Re quidem verâ*, mas en hecho de verdad (*quidem* se usa tambien en vez de *autem*). *Ducem summum*, generalísimo. *Impedivit*, embarazó. *Neque verò non*, y fué bien manifiesto. *Si ille non fuisset*, si él no se hubiera hallado aquí, Agesilao hubiera quitado al rey la Asia hasta el Tauro. *Nihilò seciùs... versabatur*, no por eso dejaba de mantenerse en el favor de los generales. *Magno erat usui*, de una suma utilidad.

III. *Defecerat*, habia hecho traicion: se habia rebelado. *Erat apertum*, era tan notorio. *In officio non maneret*, aun en medio de haber faltado á su obligación y fidelidad. *Chiliarchum*, se presentó á Tithraustes, capitán de la guardia y mayordomo mayor de palacio. *Nulla mora*, no hay detencion ni dificultad alguna. *Tibi grave est*, te se hace gravoso. *Per me nihilò seciùs*, por mí igualmente llegarás á lograr lo que deseas, manifestando por escrito tu comision...

προσκυνεῖν, léase *proskuncin*, que ellos llaman adorar.

Conon : « Mihi, verò, inquit, non est grave, quemvis honorem habere regi; sed vereor ne civitati meæ sit opprobrium, si, cum ex eâ sim profectus, quæ ceteris gentibus imperare consueverit, potiùs barbarorum quàm illius more fungar. » Itaque, quæ volebat, huic scripta tradidit.

IV. Quibus cognitis, rex tantùm auctoritate ejus motus est, ut Tissaphernem hostem judicaret, et Lacedæmonios bello persequi jusserit, et ei permiserit quem vellet eligere ad dispensandam pecuniam. Id arbitrium Conon negavit sui esse consilii, sed ipsius, qui optimè suos nosse deberet: sed se suadere, Pharnabazo id negotii daret. Hinc magnis muneribus donatus, ad mare est missus, ut Cyprii et Phœnicibus, ceterisque maritimis civitatibus naves longas imperaret, classemque quâ proximâ æstate mare tueri posset, compararet, dato adjutore Pharnabazo, sicut ipse voluerat. Id ut Lacedæmonii est nuntiatum, non sine curâ rem administrant, quòd majus bellum imminere arbitrabantur, quàm si cum barbaro solùm contenderent. Nam duces fortes et prudentem regiis opibus præfuturum, ac secum dimicaturum videbant: quem neque consilio, neque copiis superare possent. Hac mente magnam contrahunt classem: proficiscuntur Pisandro duce. Hos Conon apud Cnidum adortus, magno prælio fugat, multas naves capit, complures deprimit. Quâ victoriâ non solùm Athenæ, sed etiam cuncta Græcia, quæ sub Lacedæmoniorum fuerat imperio, liberata est. Conon cum parte navium in patriam venit: muros dirutos a Lysandro, utrosque, et Piræi et Athenarum, reficiendos curat, pecuniæque quinquaginta talenta, quæ a Pharnabazo acceperat, civibus suis donat.

Honorem habere regi, honrar al rey. *Imperare*, dar la ley. *More*, observare antes las costumbres y estilo.

IV. *Id arbitrium*, que esta eleccion no le tocaba á él, sino al mismo rey. *Longas*, de guerra. *Imperaret*, mandase aprontar. *Non sine curâ*, no sin solicitud hicieron sus preparativos. *Regiis opibus*, fuerzas del rey de Persia. *Hac mente*, en esta inteligencia. *Capit... Deprimit... Apresó... Echó á pique.*

Quem vellet. Semejante oficial se llamaba entre los Romanos euesor, que corria con los gastos y provisiones para la guerra.

Cnidum. Cerca de Cnido, ciudad en la punta de la península que forma la Caria, hoy Cabo-Erio.

V. Accidit huic quod ceteris mortalibus, ut inconsideratior in secundâ quàm in adversâ esset fortunâ. Nam classe Peloponnesiorum devictâ, cum ultum se injurias patriæ putaret, plura concupivit, quàm efficere potuit. Neque tamen ea non pia et probanda fuerunt; quòd potiùs patriæ opes augeri, quàm regis, maluit. Nam cum magnam auctoritatem sibi pugná illâ navali, quam apud Cnidum fecerat, constituisset, non solùm inter barbaros, sed etiam inter omnes Græciæ civitates, clam dare operam cœpit, ut Ioniam et Æoliâ restituere Atheniensibus. Id cum minùs diligenter esset celatum, Teribazus, qui Sardibus præerat, Cononem evocavit, simulans ad regem eum se mittere velle magnâ de re. Hujus nuntio parens cum venisset, in vincula conjectus est; in quibus aliquamdiu fuit. Nonnulli eum ad regem abductum, ibique perisise, scriptum reliquerunt. Contra ea Dinon historicus, cui nos plurimùm de Persicis rebus credimus, effugisse scripsit: illud addubitatur, utrùm Teribazo sciente, an imprudente, sit factum.

V. *Inconsideratior*, mas imprudente é inconsiderado. *Se ultum esse*, que se habia vengado de los agravios. *Ea*, estos designios. *Constituisset*, habiéndose granjeado. *Id cum minùs diligenter*, mas no habiéndose ocultado esto con el mayor cuidado. *Præerat Sardibus*, que era gobernador de Sardis. *Evocavit*, llamó á su presencia. *Hujus nuntio parens*, obediente á esta embajada. *Teribazo sciente*, con noticia de Teribazo, ó no.

Dinon, escribió la historia de Persia, y vivió en tiempo de Artajerjes VIII.

TIMOTHEUS.

Cap. I. Timotheus, Cononis filius, Atheniensis. Hic a patre acceptam gloriam multis auxit virtutibus. Fuit enim disertus, impiger, laboriosus, rei militaris peritus, neque minùs civitatis regendæ. Multa hujus sunt præclarè facta, sed hæc maximè illustria. Olynthios et Byzantios bello subegit: Samum cepit, in quâ oppugnandâ

I. INTERP. *Disertus*, elocuente. (Confirmalo Ciceron, lib. I de los Oficios.) *Impiger*, activo, pronto. *Laboriosus*, aficionado al trabajo. *Civitatis regendæ*, en el gobierno civil. *Olynthios*, los de Olinto (ciudad de Tracia). *In quâ oppugnandâ*, en cuyo sitio...